

P R A E F A T I O .

cesis Bremensis, auspicio Caroli Magni, Vuillehadus anno 788, qui cum Bremæ fidelissimi Pastoris munus evangelizando peregisset annos duos menses tres dies viginti, & Bremenses etiam privilegiorum apud Carolum facta impetratione ad ardentio rem veri Dei cultum excitasset, mortuus est apud Rustros in pago **Blexen.**

Huic successit anno 790 Vuillericus discipulus, eodem ardens cum Magistro suo pietatis zelo, ad prædicandum gentibus Evangelium:

Cui anno 840 Leudericus superbus, ita notatus, quòd Pastoris & Custodis Bremensis nomen usurpasset:

Cui anno 850 Ansgarius Archiepiscopus Hamburgensis & metropolitanus omnium regionum Septentrionalium, sub quo, unione ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis facta, Hamburgensis,
fis,